

CAPUT QUINTUM.

DE SATISFACTIONE CHRISTI.

Cum doctrina de satisfactione Christi elementa alia ex scripturis et traditione ducat, alia autem ex speculazione S. Anselmi cur Deus homo, primo ipsam quaestionem dividimus (art. XXVI), et deinde anselmianaे disiunctionis intelligentiam quaerimus, quonam scilicet sensu dicatur aut satisfactio aut poena. Quem in finem, primo negamus absolute fieri non potuisse ut tertium praeter satisfactionem et poenam daretur (art. XXVII), deinde pariter negamus ita intelligendam esse satisfactionem ut ab ea per se omnis ratio poenae excludatur (art. XXVIII et XXIX), tertio denique negamus ipsas peccatorum poenas simpliciter dictas esse in Christum innocentem translatas (art. XXX). Quibus stabilitis, determinatur satisfactionem Christi esse intelligendam secundum analogiam satisfactionis sacramentalis (art. XXXI), Christum hominem de nostris peccatis doluisse (art. XXXII) et in expressionem huius doloris passionem mortemque suam acceptasse ut haec passio haecque mors satisfactionis rationem haberent (art. XXXIII) et quidem superabundantis (art. XXXIV).

Articulus XXVI.

Dividitur
Determinatur quaestio.

Latinum nomen, satisfactio,¹ verbumque, satisfacere, sensum acceperunt (1) ex usu communi, (2) ex usu iuridico, (3) ex usu theologico circa sacramentum paenitentiae,² et (4) ex usu theologico circa redemptions a Domino nostro peractam.

Communis usus multiplex fuit sed de praesenti citari sufficit illud: 'Pilatus autem volens populo satisfacere dimisit illis Barabbam et tradidit Iesum flagellis caesum ut crucifigeretur' (Mc 15, 15).

Iuridicus usus fundamentalis distinguit debiti solutionem atque satisfactionem: solvit qui modo praescripto procedit; satisfacit qui creditore libere consentiente alia quadam via debitum extinguit.

In sacramento paenitentiae tres actus ipsius paenitentis quasi materiam ipsius sacramenti faciunt, contritio scilicet, confessio, atque satisfactio (DB 896, 904).

Denique ipse Christus pro nobis nostrisque peccatis satisfecisse affirmatur (DB 799, 904). Quo sensu autem Christus satisficerit, breviter dici non potest?

'Christus satisficerit, cum non sit una omnium sententia, breviter dici non potest. Et in primis distinguendum esse videtur inter ~~magis~~ sensus magis dogmaticos et sensus magis speculativos.

Secundum sensum magis dogmaticum
Dogmatica ergo, satisfactio Christi dicit vel (1) ipsam
redemptionem, vel (2) vicariam Christi passionem, vel (3)

remium per vicariam passionem solutum, vel (4) placationem
Dei pro peccatis per vicariam passionem, vel (5) meritum
Christi vicaria passione adeptum unde tollitur omnis reatus
et culpae et poenae.

Quod si dogmatice satisfactio Christi ita intelligitur,
quaestio iam soluta est. Superius enim capite tertio probavimus
(1) redēptionem ut medium a Domino nostro peractam, (2)
Christum secundum divinam intentionem pro nobis nostrisque
peccatis esse passum atque mortuum, (3) hanc Christi mortem ~~causam~~
pretii solutionem fuisse, (4) hanc eamdem mortem fuisse
sacrificium quod ~~efficit~~ efficaciter peccata tollit et accessum
ad Deum ~~in~~ cum fiducia præbet, id quod Deum placatum demonstrat,
et (5) obedientiam Christi usque ad mortem meruisse nostram
iustificationem, quae quidem in baptismate omnem reatum culpae
et poenae tollit.

At res tam breviter tamque faciliter expedire non
possumus. Nam S. Anselmus, qui primus fere de satisfactione
Christi tractavit, non dogmaticum sed speculativum
intendebat finem. Rationem enim quaerebat cur Deus homo.
Neque ei placuit theoria recapitulationis ex S. Irenaeo
~~sed~~ per S. Augustinum tradita, quae potius picturam quam
rationem praestaret. Neque ei placuit theoria demonstrati
amoris divini, cum multis et aliis modis posset Deus suum
amorem nobis demonstrare. Neque ei placuit theoria
redēptionis ex potestate diaboli, cum Deus diabolo nihil
deberet sed eius omnipotens Dominus esset. Invenienda ergo
erat ratio, quam nominavit S. Anselmus necessariam, cur

I¹² II¹¹
II¹⁷

Deus homo; et quamvis interdum argumentis convenientiae
usus sit, quamvis inter necessitatem cogentem et non
cogentem distinxerit, hoc tamen argumentum simpliciter urget:

I¹³ S⁷ I²⁴

'Necess^e est ergo ut aut sublatus honor solvatur aut
poena sequatur. Alioquin aut sibi deus iustus non erit
aut ad utrumque impotens erit; quod nefas est vel cogitare.'

I¹⁹⁻²⁴
III¹¹
II¹⁴⁻¹⁵
II¹⁹

Qua in necessitate fundatur reliqua theoria, merum nempe
hominem omnia prorsus Deo debere ideoque satisfactionem
simpliciter supererogatoriam peragere non posse, Deum-hominem
mora¹ non debere et ideo moriendo satisfacere posse, hanc
Dei-hominis satisfactionem omnibus prorsus peccatis maiorem
~~existat~~ existere, et omnium peccatorum remissionem mereri.

Quare in conceptione ^aAnselmiana duplex elementum
distinguendum esse videtur. Materialiter enim satisfactio
est opus bonum, simpliciter indebitum, in honorem Dei factum,
pro omnibus peccatis compensans, et omnium peccatorum remissionem
merens; quod quidem opus erat Deum-hominem dare animam suam.
Formaliter vero satisfactio erat ratio illa necessaria cur
Deus homo, quae vel insufficientiam aliarum theoriarum
compleret vel fundamentum solidum iis paeberet.

Iam vero omnis theoria graviori hac difficultate
laborat quod ex ipsa theoria ulteriores oriuntur quaestio^s.
Cui legi theoria Anselmiana exceptionem non fecit. Quaeritur
enim qua necessitate mortuus ^r sit Christus et qua necessitate
propter eius mortem concedatur peccatorum remissio. Quaeritur
deinde utrum mors Christi rationem poenae habuerit et qua
iustitia haec poena a Christo sit sumpta. Quaeritur tertio
in quonam praecise consistat satisfactio Christi, utrum fuerit

superabundans, quemadmodum vicaria esse potuerit, quemadmodum per vicariam satisfactionem reliquiae peccatorum tollantur et rerum ordo restauretur. Quaeritur quarto utrum totum Christi opus deduci oporteat ex ratione ^a Anselmiana necessaria, an alia via ad intelligentiam theologicam procedendum sit.

Articulus XXVII.

De Ratione Necessitatis.

Cum breviter resumatur theoria ~~et~~ anselmiana per disjunctionem, aut satisfactio aut poena, primo quaeri solet utrum tertium dari posset, ut neque satisfactio paeberetur neque poena daretur.

Quod si de actuali rerum ordine intelligitur, negative respondetur. Quod facile probatur ex Act 4, 12 et ex Tridentino DB 790. Nam de facto pro nostris peccatis satisfecit Christus (DB ~~xx~~ 799, 904), neque in alio aliquo datur salus (Act 4, 12), neque per aliud remedium tollitur peccatum originale quam per meritum unius mediatoris Domini nostri Iseu Christi (DB 790).

Si autem quaeritur utrum Deus potuisset aliter nos salvos facere quam per mortem Christi, sententia affirmativa est communis et certa.
dAles^{p342}

Quam tenent S. Augustinus [De Trin. XIII, x, 13; PL 42, 1024; De Agone Christiano XI, 12; PL 40, 297], Petrus Lombardus [3 d. 20, c. 1], ^{Summa} Alexander Malenetus ^{Summa theologiae} [Lib. 3, tr. 1, q. 1, c. 4; Ad claras aquas, tom. IV, p. 16], S. Thomas [Sum. theol., III, q. 46, aa. 1 et 2], Scotus [In III Sent., d. 20], Suarez [In Sum. theol., III, q. 1, a. 2; disp. 4, sect. 2, §2; Breton 17, 51], et theologi communiter. Imo in hunc sensum S. Anselmum interpretantur, uti benigne Suarez [Ibid. ~~xx~~ p. 52].

Ratio autem est Deum posse facere quidquid contradictionem internam non dicit, tam sapienter quam bene, neque ulla iustitiae lege Deum teneri ad satisfactionem exigendam.

Praeterea, non solum potuisset Deus omnia peccata gratis condonare, sed etiam si satisfactionem voluisset, suffecisset una minima Christi passio. Quod quidem contineri videtur in eo quod affirmat S. Thomas: 'secundum sufficientiam una minima passio Christi sufficit ad redimendum genus humanum ab omnibus peccatis.' Et idem docet Clemens VI (DB 550), et communiter theologi ubi de superabundante Christi satisfactione agunt. Si enim actualis satisfactio Christi superabundat, alia et minor suffecisset.

Sed et ulterius quaerunt theologi cur Christus tantum subierit dolorem. Et respondit S. Thomas 'Christus voluit genus humanum a peccatis liberare non sola potestate sed etiam iustitia. Et ideo non solum attendit quantam virtutem dolor eius haberet ex divinitate unita: sed etiam quantum dolor eius sufficeret secundum naturam humanam ad tantam satisfactionem.'

Quod quidem secundum convenientiam intellexit S. Thomas,

~~sed cum Scotus divinam acceptationem magni fecisset, fin~~
~~Suarez in opropositum sententia valde subtili modum invenit~~
~~quo satisfactio Christi ex condigno et secundum rigorem~~
~~iustitiae intelligi posset.~~

sed posteriores theologi, qui aliam methodum vel voluntaristicam vel hypotheticam adhibuerunt, ^{aut} vel simpliciter ad beneplacitum divinae acceptationis recurrebant, ^{aut} ~~vel~~ subtilissimas inveniebant distinctiones ut demonstrarent Christum ex ~~condigno~~ condigno et secundum rigorem iustitiae satisfecisse. De quibus tamen alibi agendum erit.

Articulus XXVIII.

De Ratione Poenae.

Circa eamdem disiunctionem, aut satisfactio aut poena, ulterius quaeritur utrum re vera sensus sit, aut poena a Christo danda aut poena a peccato^qtribus danda.

Iam vero Christus mortuus est, et secundum scripturam mors est poena peccati, uti constat ex Gen 2, 17; 3, 19; Sap 2, 24; Rom 5, 12; 6, 23.

Unde S. Augustinus, mortem peccati poenam intelligens, de Christo affirmavit: 'Suscipiendo poenam et non suscipiendo culpam, et culpam delevit et poenam' Serm 171, 3; PL 38, § 934. Et similiter alii Patres.

^{Pariter}
Similiter Petrus Lombardus: 'Peccata enim nostra, id est poenam peccatorum nostrorum, dicitur in corpore suo super lignum portasse (1 Pet 2, 24), quia per ipsius poenam quam in cruce tulit, omnis poena temporalis quae pro peccato [et] conversio debetur, in baptismo penitus relaxatur, ut nulla a baptizato exigatur, et in paenitentia minoratur' 3 d. 19, c. 7.

^{Summa fatis rite}
Proinde Alexander Malensis, qui totus est in S. Anselmo citando, exponendo, defendendo, non tam de opere bono et morte Christi locutus est, quam de poena et de passione Christi. Distinxit poenam duplificem, aliam reatum separationis a Deo, aliam exercitium virtutis ad meritum et praemium. Passionem Christi maxime habuit poenalem quatenus et naturae contrariam et voluntati sensualitatis. Quam passionem habuit duxit de convenientia divinae iustitiae 'ut numquam peccatum

dimittatur sine poena.¹⁶ 'Aut ergo peccatum ordinatur de destricta iustitia, ut puniatur aeternaliter, aut de iustitia cum misericordia, ut puniatur temporaliter. Et sic passio est de iustitia, quia non poterat reatus solvi per purum hominem, secundum quod probat Anselmus. Homo enim non poterat reddere sed debebat; Deus poterat sed non debebat; oportuit ergo quod solveret homo Deus: ~~homo~~ qui deberet, Deus qui posset' (212).

Ad obiectum 'innocentem condemnare non est iustum'¹⁷ primo cum ~~S.~~ S. Anselmo respondit Christum voluntarie mortem subiisse, et volenti nullam inferri iniuriam. Deinde vero de suo addit Deum de potentia absoluta sine iniustitia innocentem punire posse secundum Rom 9, 21; et praeterea, cum Deus mala ordinet, ideo etiam innocentem iuste punire posse ut bonum inde eliciat; hoc modo punitum esse Iob pro bono proprio, et Christum pro bono alieno (212).

Quem loquendi modum etiam alibi adhibuit. Pater enim poenam Filium et Filius semet ipsum tradidit 'ad hoc ut sustineret pro liberatione humani generis.'¹⁸ Quod tradere erat malum ex genere et malum absolute; sed bonum erat ex fine (225).

16

193 tr 4 q 3 c 2 a 2 (140) p 193

212 tr 5 q 1 m 5 c 2 (155) p 212 m 4 c 1 a 1 (151 p 212)

225 tr 5 q 1 m 6 c 2 (162) p. 225

Alexandri de Hales Summa theologica, tom IV, Ad claras aquas, 1948.

16

47 Lib. 3, tract. 1, q. 3, c. 5 (28) px p. 47

241 tr. 6, q. 1, m. 2 (171ss) 241 ss.

67 tr. 1, q. 4, m. 3, c. 2 (45) p 68

214 Tr. 5, q. 1, m. 5, c. 2 (162) p. 215

16 tr. 1, q. 1, c. 4 (4) p. 16

348,6,3

1485 S. Thomas mala in rebus humanis sufficienter divisa
duxit per culpam et poenam. Poenam tripliciter divisit.

1-2⁸⁷^{8c} Poena simpliciter est propter propriam culpam sive originalem
sive actualem, et 'sic solum unusquisque pro peccato suo
punitur.' Poena medicinalis est malum secundum quid, ut
'homo patiatur detrimentum in minori bono ut augeatur in maiori:
sicut cum patitur detrimentum pecuniae propter sanitatem corporis,
vel in utroque horum propter salutem animae et gloriam Dei.'

Ib^{7c} Et 'nihil prohibet talibus poenis aliquem puniri pro peccato
alterius, vel a Deo, vel ab homine: utpote filios pro patribus,
et subditos pro dominis, inquantum sunt quaedam res eorum.'

Ib^{8c}₂₋₂^{108⁴} Poena angusta satisfactoria denique voluntarie assumitur:

1-2⁸⁷^{7c}^{8c} 'quia contingit eos qui differunt in reatu poenae, esse unum
secundum voluntatem unionem amoris, inde est quod interdum aliquis
qui non peccavit, poenam voluntarius pro alio portat.'

Ib^{3m}₃⁴⁸²^{1m} Et eiusmodi fuit poena satisfactoria Christi. Penitentia

Praeterea, ~~exaudi~~ S. Thomas saevitiam habuit poenam
sumere praeter culpam eius qui punitur, et crudelitatem ~~censuit~~
poenam sumere ultra culpam eius qui punitur.

Statum quaestionis non parum mutavit novatorum saec.
XVI doctrina. Negata enim satisfactione sacramentali (DB922-925),
sublata etiam est haec analogia ad satisfactionem Christi
intelligendam. Introducta autem fide fiduciali et iustitia
Christi nobis imputata, aperta etiam est via ad nostram
iniustitiam Christo ~~imputandam~~ quodammodo imputandam.

Secundum Melanchthon Christus fuit victima ad iram
divinam placandam; debuit tantam ^{iram} tantis in doloribus ita

sustinere ut iustitiam divinam simul laudaret; his laudibus omissis, punitio Christi non fuisset Dei placatio; neque potuisset merus homo tantos perferre dolores et simul Deum laudare.

Fr I 412

Secundum Calvinum caro humana pretium fuit quod divinae iustitiae satisfaceret; caro Christi debitum a nobis contractum solvit; in ordine actuali Deus iustus gratiam non confert nisi expiatio iram divinam placat; neque suffecit ipsa Christi mors, sed et anima eius ad inferos descendit ut divinae vindictae ~~magis~~ sentiret severitatem et damnatorum subiret tormenta.

Fr I 427s 431 434

E contra F. Socinus (1534-1604), qui ita antiquum renovavit adoptionismum ut S^o. Trinitatem, Verbi Dei Incarnationem,
et divinam B. V. M. maternitatem negaret, etiam argumenta undique coacervavit ex scripturis, ex nominalium theologia,
et ex iurisprudentia ad duplicem hanc probandam thesin,
neque factam esse a Christo pro nobis nostrisque peccatis satisfactionem, neque ullam a Deo Patre esse requisitam in remissionem peccatorum.

D6 493
Fr II 134s

Unde et alius theologus iurisque peritus, H. Grotius (1583-1645), Iacobi Arminii sequax, novam invexit theoriam. Redemptionem enim habuit amnestiam quamdam generalem ea conditione concessam ut Christus pro nostris peccatis puniretur. Ne enim homines propter gratuitam prorsus peccatorum remissionem et parvi ~~magis~~ peccatum facerent et levius peccarent, necessarium fuisse duxit insigne quoddam exemplum atque divinae iustitiae demonstrationem quae quidem fuit Christi non afflictio sed punitio. Cuius punitionis iustitiam tam ex scripturis quam

ex principiis iuris defendit; et quamvis punitionem iustam esse non posse nisi propter delictum admiserit, negavit tamen eius iniustitiam, saltem in casu Dei et Christi, qui innocentem pro nocentibus puniret.

Fr II 57 ss.

Denique apud Lutheranum Quenstedt (1617-1688) 'orthodoxam' protestantium opinionem plene evolutam invenies. Deum enim per ipsam divinam iustitiam teneri docuit, ut solutionem totius debiti ex peccatis contracti exigeret; quo pretio non soluto, Deum peccata remittere absolute non potuisse. Christus ergo tam pro omnibus peccatis quam pro omnibus poenis satisfecit, qui voluntarie totum nostrum debitum suscepit, sibique imputatum habuit, et secundum rigorem iustitiae exsolvit, cum ipsa inferni tormenta (non tamen in inferno neque aeternaliter) subierit.

Fr II 81 ss.

Quibus perspectis, ~~xxxi~~ anselmiana
~~xxii~~ disiunctio, aut sublatus honor solvatur aut poena sequatur, de medio tolli videtur. Nam ex una parte sociniani, liberales, modernistae ipsam Christi satisfactionem negant; sed ex alia parte tam ^Catholici quam ~~R~~ec^P protestantes de poena Christi loquuntur.

Ex quo factum est ut J. Rivière, hac in re eruditissimus, anselmianum quaestionis statum renovandum esse censeret. Distinxit ergo (1) castigationem, (2) expiationem, et (3) reparationem ut, prioribus exclusis, tertium satisfactionis modum amplectetur.

Castigationem fuisse satisfactionem Christi ideo negavit (1) quia nemo umquam docuit Christum invitum pro nostris peccatis satisfecisse, ~~tumxqumixxxixThmxxx~~ (2) quia S. Thomas neminem praeter ipsum peccatorem poena stricte dicta puniri affirmavit, et (3) quia extremum huius opinionis consectarium (Christum scilicet poenis inferni punitum esse) a consultoribus Tridentinae synodi, a Maldonato, a Suarezio,

1-2⁸⁷⁸

13 1973

a S. Francisco Salesio, a S. Bellarmino reprobatum est.

(quae in libera mali perpessione consistit)

Expiationem pariter negandam esse reputavit (1) quia

malum non potest esse obiectum directum et primarium, imo

finis quidam principalis, divinae voluntatis, (2) quia hunc

in sensum interpretandos iudicavit S. Bonaventuram, Suarezium,

S. Bellarmino, (3) quia recentior de solidaritate theoria

non melius hanc difficultatem amovet quam antiquior et

iuridica opinio, (4) quia expiatio magis ad consequentem

poenam attendit quam ad antecedentem et fundamentalem culpam,

et (5) quia expiatio affinitatem quamdam habet cum castigatione

atque saepius in conclusiones nimis similes conduxit.

Reparationem denique intellexit secundum definitionem

S. Thomae: 'ille proprie satisfacit pro offensa qui exhibet

offenso id quod aequo vel magis diligit quam oderit offensam.'

Quod autem exhibuit Christus erat summa sanctitas quae ~~pmfimis~~

quam perfectissime Deo offenso honorem sublatum reddidit.

Accessit sane expiatio per passionem Christi; at ipsa mali

~~per~~ perpessio non erat nisi elementum de facto, subordinatum,

secundarium, superficiale; unde potius dicendum est Christum

in doloribus quam per dolores satisfecisse.

348^{2c}

1972

Quam sententiam ita non pauci sunt secuti ut alii eam parum tutam iudicaverint. His non placet reparationis systema quatenus negat Christum per dolores pro peccatis satisfecisse; quare et urgent non merum quoddam accidentis fuisse ipsam corporalem atque sensibilem Christi passionem. Sed alii aliter procedunt et, cum omnium sententias recitare haud possimus, sufficit forte doctrinam a B. Xiberta propositam citare:

'Viam qua sacrificio Christi inest ordo ad redemptionem, signate nominamus expiationem poenalem. Acerbitas dolorum quos passus est coniungitur cum opere redemptivo non tantum incidenter sed ex divina ordinatione; influit in redemptionem non tantum indirecte, puta occasionem praebendo exercendae caritatis, sed directe operando in destructionem peccati'.

II 551s

'Expiationem poenalem numerandam esse inter essentialia elementa sacrificii crucis etiam dogmatice certum videtur, quia traditio ecclesiastica illam quam maxime extollere consuevit, et quidem evangelicae narrationi inhaerens.

II 553

Expiationem consulto negligere temerarium videtur.'

Iterum ergo pro disiunctione anselmiana, aut satisfactio aut poena, iam ponitur alia, aut expiatio penalis aut poena.

Cf. C. Pesch, Das Sühneleiden unseres göttlichen Erlösers, Freiburg i. B., 1916; A. d'Ales, Rev. clergé fran., 15 nov. 1919, t. 100, pp. 294-99; J. Rivière, Le dogma de la rédemption dans la théologie contemporaine, Albi, 1948, pp. 147-160; J. Solano, Est. Eccl., 20(1946), 399-414; 24(1950), 43-69; Basilio de San Pablo, XI Semana esp. teol., Madrid 1952, pp. 455-503; Rev. esp. teol., 19(1954), 79-103.

Articulus XXIX.

De Poena Christi.

Quidquid sit de aliis linguis, latinum poenae nomen ab opere Christi vix separari potest. Uti enim vidimus, et scriptura dicit mortem esse poenam, et S. Augustinus mortem Christi poenam nominat, et ^{etiam} ~~quamvis~~ S. Anselmus de satisfactione loqui maluerit, Petrus Lombardus, ~~etiam~~ ^{fratris} Summa Alexandrina, et S. Thomas nomen poenae reintroducunt. Verum sane est S. Thomam ita satisfactionem proprie dictam concepisse ut habitudinem intrinsecam ad perpessionem mali non habent haberet; sed idem S. Thomas non solum de poenis satisfactoriis locutus est sed etiam de dolore qui sufficeret secundum humanam naturam ad tantam satisfactionem. ^{Quapropter} ~~etiam~~ ^{Minime} ~~concedamus~~ preinde negamus theoriā sibi cohaerentem ^{ita} excogitari posse ut satisfactio mali perpessionem per se non includat; ~~sed~~ ^{omnino laudandum} ~~coadūmus tamen~~ ^{sicut modi} ~~dicimus~~ ^{tamen} talē theoriā ad nostram materiam parum facere, cum constet Christum Deo volente pro nobis nostrisque peccatis esse passum atque mortuum.

Quod si hoc elementum in sententia J. Rivière corrigendum ducimus, aliud elementum ^{ide quia fortissimum} iudicamus, scilicet, ^{tamen} Deum directe malum non velle, ~~et~~ ^{tamen} passionem mortemque Christi non bonum simpliciter, non boni carentiam, sed boni privationem fuisse eamque acerbissimam ~~et~~ et gravissimam. Iam vero Deus satisfactionem Christi directe voluit, et ideo satisfactio Christi cum perpessione mali simpliciter identificari non potest. Hac ratione motus illam expiationem poenalem reiecit J. Rivière 1970, 1973 Rivièrē quae ~~maximā~~ in mali perpessione consistat.

Dices tamen haec tria inter se conciliari non posse,
nempe, (1) Christum patiendo satisfecisse, (2) Deum satis-
factionem Christi directe voluisse, et (3) Deum passionem
Christi directe non voluisse.

Sed optime inter se conciliantur et quidem dupliciter:
uno modo omnibus accommodato, secundum modum loquendi quem
adhibuerunt scriptura et patres; alio modo magis scholastico,
qui ultimas problematis radices revelat.

Secundum primum modum distinguuntur ~~tres~~ partes diaboli
eiusque servorum, ~~tres~~ partes Christi hominis, et partes Dei Patris.
Et clarissime partes diaboli memorat scriptura: nam 'haec est
hora vestra (pontificum) et potestas tenebrarum' (Lc 22, 53);
et 'vos ex patre diabolo estis et desideria patris vestri
vultis facere. Ille homicida erat ab initio' (Io 8, 44); et
'nunc principes huius mundi eicitur foras' (Io 12, 31) et
'iudicatus est' (Io 16, 11) et tamen 'venit' (Io 14, 30)
'cum diabolus iam misisset in cor ut traderet eum Iudas Simonis
Iscariotae' (Io 13, 2).

Neque partes diaboli a patribus tacentur. Quaesivit
enim S. Augustinus utrum ex Rom 5, 10 concludendum sit Deum
Patrem contra nos iratum esse sed Filium amicum et placatum.
Respondit autem ^{quod} ex Rom 8, 32 pariter concludendum esset Patrem
esse placatum et amicum sed Filium invitum. In Eph 1, 4
invenit Patrem nos diligentem et eligentem, et in Gal 2, 20
Filium nos diligentem et pro nobis se tradentem. Quibus
perspectis de ~~tre~~ peccato originali et de partibus diaboli
dissenserere incepit.

13 11 15
42 1025

13 12 16
42 1026

46³m₄₈42m³m
49²clm

Neque has diaboli partes omisit S. Thomas, qui eo
fortius affirmare potuit passionem mortemque Christo inflictam

48³m 47⁴²m

non sacrificium fuisse sed maleficium atque peccatum gravissimum.

Sed praeter partes diaboli etiam adfuerunt partes Christi hominis, qui potestatem habuit ponendi animam suam et iterum sumendi eam (Io 10, 17.18), qui si voluisset utique a Patre impetrare potuisset plusquam duodecim legiones angelorum (Mt 26, 53), qui se a Patre derelictum esse confessus est (Mt 27, 46) sed minime dixit irrisio nem, flagellationem, crucem sibi a suo Patre esse inflictam.

Tertio aderant partes Dei Patris et, quamvis non desint intellectu difficultia, omnino manifestum est quid primo loco posuerit scriptura quae Deum Patrem toties ideo laudavit quia 'hunc Iesum resuscitavit Deus, cuius nos omnes testes sumus. Dextera igitur Dei exaltatus, et promissione Spiritus sancti accepta a Patre, effudit hunc quem vos videtis et auditistis. Non enim David ascendit in caelum; ^dDixit autem ipse: "Dixit Dominus Domino meo: sede a dextris meis, donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum." ~~scabellum~~ Certissime sciat ergo omnis domus Israel, quia et Dominum eum et Christum fecit Deus hunc Iesum, quem vos crucifixistis.'

Act 2, 32-36.

Aliae ergo sunt partes diaboli passionem mortemque inflictentis; aliae sunt partes Christi passionem mortemque voluntarie subeuntis; et tertiae sunt partes Dei Patris dilectum Filium resuscitantis atque exaltantis.

Neque difficile in ~~xxx~~ istis tribus est perspicere rationem, legem, mysterium, iustitiam crucis. Haec enim et malum praesupponit, et malum per victoriam voluntariam victum dicit, et in bonum superabundans a Deo Patre collatum conducit.

Fraeterea, per rationem crucis eadem tria in unum conflantur. Quamvis enim inter se maxime sint diversae partes diaboli et partes Christi et partes Dei Patris, in tribus simul sumptis una est crucis ratio, quae et ~~necessario~~ malum vincendum praesupponit, et ipsum hoc malum in bonum transformat, et per malum in bonum transformatum ec pervenit ut sciat quid sit illud, 'diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum' (Rom 8, 28).

Quae trium unitas non solum in christiana intelligentia et ratione invenitur sed etiam in ipsa reali Christi carne, in qua potestas tenebrarum suum sacrilegium perfecit, in qua ipse Christus patiens et moriens victoriam suam reportavit, in qua resurrecta atque exaltata medium nostrae salutis Deus Pater constituit.

At vocem Bosonis obicientis audire videor, hanc pulchram quamdam esse picturam sed ultimam rei rationem non attingere. Cur enim Deus omnium Dominus omnipotens ita cum diabolo tractare dignatus est? Cur proprio suo Filio non pepercit sed pro nobis omnibus tradidit illum?

Ultimam ergo rei rationem iam dixerat S. Augustinus: 'Melius enim iudicavit [Deus] de malis bene facere, quam nulla mala esse permettere' Enchiridio²⁷, PL 40, 245.

Posita autem divina mali permissione, non sequitur et tamen habetur malum. Non enim ordinat divina sapientia ut culpe²⁸ mala fiant; et tamen ea fieri et prohibet et praevidit, et ulterius facit ut de iis fiat bonum. Neque malum culpe aut directe aut indirecte vult Deus; quod tamen fieri permittit. Stat ergo

dominium Dei et absolutum et universale quin tamen Deus
ullatenus sit peccati vel causa vel auctor. Neve obicias hoc
intelligi non posse, sed potius illud intellige quod peccatum
est irrationale, non-intelligibile, absurdum et ideo non
in Deum reducendum quasi intelligibile esset (cf. art. XIV).
Quod si neque hoc intelligis, illud saltem crede: 'perditio
tua, Israel, ex te est; tantummodo ex me auxilium tuum.'

Tertio, dum malum culpe nequa a Deo sit,

¶ Proinde, cum malum culpæ et vere sit, et a Deo non
sit, et nisi Deo permittente non fiat, illud iam habemus quod
in dicta pictura per diabolum repraesentatur et sub nomine
diaboli quodammodo latet. Non ergo est quaerendum cur Deus
omnipotens Dominus ita cum diabolo tractare dignatus sit,
sed illud potius est humiliter acceptandum quod Deus solus
sapiens (Rom 16, 27) malum culpæ esse permisit.

Quibus perspectis, ad disiunctionem augustinianam
reverte. Duo enim posuit S. Augustinus: aut nulla mala esse
permittere aut de malis bene facere. Illud nobis melius
forte videtur; sed hoc Deus melius ~~impermissum~~ iudicavit ut,
scilicet, et mala fieri permittatur et ex malis bonum efficiatur.
Posita ergo mali permissione, non remanet nisi ut de permisso
malo bonum fiat. Sed quomodo fit? Quo alio modo quam per
rationem, legem, mysterium, iustitiam crucis?

Deus ergo non pepercit proprio Filio suo, inquantum
peccata permisit et daemonum et Adami et Iudae proditoris
et summorum sacerdotum et Pontii Pilati. Deus ergo tradidit
¶ proprium Filium suum, inquantum eum non protexit a passione
et morte sed persequentibus expositum dereliquit. Et pro
347³

nobis omnibus Deus proprium Filium tradidit, quia tenuis secundum rationem, legem, mysterium, iustitiam crucis ab aeterno constituit 'per eum reconciliare omnia in ipsum' (Col 1, 20).

Quae sane eo non perveniant ut rationem satisfactionis Christi explicent; sed hanc utilitatem eamque haud parvam habent ut et falsas opiniones amoveant et solidum praeweant fundamentum ad veritatem determinandam. Quod quidem statim perspici potest si ad rationem poenae redimus.

Aderat ergo in passione et morte Christi ratio poenae quia (1) passio et mors de se sunt mala et (2) haec mala ex peccato processerunt. Passio enim et mors Christi non fuerunt vel bonum simpliciter, vel mera boni carentia, sed boni privatio eaque gravissima; et boni privatio est ipsa mali ratio. Praeterea, hoc malum ex peccato processit: historice enim processit ex peccatis Iudei, sacerdotum, Pilati; et secundum ipsam divinam intentionem ideo Deus haec peccata et consequentes actiones permisit quia secundum rationem crucis per victoriam proprii sui Filii sacerdotis et victimae nos redimere decrevit.

Quod si generica poenae ratio est malum ex peccato proveniens, tot sunt poenarum species quot ~~numerus~~ sunt nexus secundum multiformem Dei sapientiam (Eph 3, 10) quibus malum ex peccato sequatur. Et cum divina sapientia sit lex divinae iustitiae, omnes haec poenarum species sunt iustae secundum ipsam Dei sapientiam atque iustitiam.

Est ergo poena simpliciter, quae ipsi peccatori ex
1-2⁸⁷^{7&8} proprio peccato provenit sive ex originali sive actuali.
Mt25⁴¹ 10²⁸ 5²⁹s Et quamvis maxime inter se differant poena aeterna, poena
DB 840 purgatoria, poena limbi parvolorum, poena satisfactoria
DB 493a paenitentientium quorum remissa est culpa sed non poena
DB904s ^{Eccles,} ^{vel privata} universa, et poena publica ^{pro delicto vero} inflictia,
^{JS anno fuit} 24(1950) 57s. tamen omnes hae poenae eatenus similes sunt quatenus ex
proprio peccato ipsi peccatori adveniunt. Neque ulla
eiusmodi poena in Christo esse potuit. Nam in Christo
nullum fuit peccatum uti abundantem et saepissime testatur
scriptura (2 Cor 5, 21; 1 Pet 1, 19; 2, 22; Heb 4, 15; 7, 26.27).

Est etiam poena medicinalis 'non solum sanativa peccati
praeteriti, sed etiam praeservativa a peccato futuro et promotiva
in aliquod bonum; et secundum hoc aliquis interdum punitur
108²⁴ sine culpa, non tamen sine causa.' Cum tamen inter theologos
2-2¹⁰⁸^{7&8} 1-2⁸⁷^{7&8} constet Christum fuisse impeccabilem, pariter constat eum
1 Cor 17 sui causa tali medicina non indiguisse ut a futuro peccato
praeservaretur. Et ideo poena Christi non potuit esse poena
eo sensu quo ^{hanc poena} medicinalis ^{estimetur} superius a S. Thoma exposita est.

~~Est denique poena simpliciter satisfactoria quae in eo invenitur qui neque peccavit neque peccare potuit; quae quidem ex poena et praeteriti peccati sanativa quidem poena alienorum peccatorum sanativa fuit, et ab alienis et futuris praeservativa, et in maxima bona promotiva; quae praeterea fuit secundum rationem crucis quae ipsam peccati poenam in medium salutis transformavit, ut mors non solum sit ex peccato Adami sed etiam medium fiat in resurrectionem corporis atque animae. Cuius poenae exemplum unicum est poena Christi, quamvis ei proxime accesserent dolores B. V. M.~~

Est denique poena pure satisfactoria. Quia in eo
invenitur qui neque peccavit neque peccare potuit. Et quia
non peccavit, differt a poena simpliciter. Quia vero peccare
non potuit, differt a poena medicinali. Quia denique ex
alienis peccatis processit et in ea auferenda tendit, ad
tertiam quamdam atque propriam pertinet speciem. Cuius quidem
ratio non legitur in tractatu iuris de delictis et poenis,
neque ad illam paternam prudentiam reducitur quae proprium
filium castigat, sed in mysterio crucis collocatur prout
Christus crucifixus est Dei sapientia (1 Cor 1, 23.24).

~~Quae quidem poena in quantum infligitur, iniusta~~
~~infligitur (1 Pet 2, 19-23; 3, 18).~~

~~Et eadem poena in quantum patienter sustentatur,~~
~~transformatur. Mens enim erat poena peccati; sed transformata~~
~~est in medium salutis.~~

~~Et eadem poena in quantum patienter sustentatur,~~
~~transformatur. Quod enim erat sacrilegium occidentium,~~
~~factum est maxime morientis sacrificium.~~

Cui poenae transformatae accedit ulterior transformatio
ex ipsa divina bonitate; et ideo crucis sacrificium maxime
efficaciam habet ad tollenda omnia generis humani peccata.

~~Et eadem poena in quantum iuste a Deo permittitur.~~

ex

Quae quidem poena, in mysterio posita, et inflictta est,
et inspirata,
et accepta, et praemiata, et permissa, et intenta.

Quatenus vero inflictta est, iniusta erat (1 Pet 2, 19-23).

Quatenus autem accepta est, etiam transformata est.

Quod enim erat ^csarilegium occidentium, etiam morientis ~~fuit~~
factum est sacrificium.

Quatenus proinde praemiata est, factus est Christus homo
omnibus temperantibus sibi causa salutis aeternae (Heb 5, 9).

Quatenus denique ipse Deus ab aeterno et inflictionem
^{inspiravit}
~~per~~ permisit et acceptationem ^{voluit} et ^dpraemiationem intendit,
habetur illud divinae sapientiae consilium secundum ^dquod
[Deus]
'melius enim iudicavit de malis bene facere, quam nulla mala
esse permettere.' Quod quidem consilium erat secundum rationem,
legem, mysterium, et iustitiam crucis, ~~maximam~~ secundum quam
Christus crucifixus agnoscitur esse Dei sapientia (1 Cor 1, 23.24).

Quae tamen nisi generale rei schema non determinant.
Restat enim dicendum quemadmodum satisfactoria fuerit poena
Christi. Sed antequam ipsam hanc quaestionem adgrediamur,
excludenda videtur veterum ~~papiste~~ protestantium sententia,
quae Christum quodammodo condemnatum atque castigatum voluit.

Articulus XXX.

De poenis in Christum translatis.

Iam ad initium nostrae inquisitionis iterum redeundum est, ut alius et quartus aspectus anselmianaæ disiunctionis consideretur. Diximus enim illam disiunctionem, aut satisfactio aut poena, eo sensu esse veram ut ^{hoc in rerum ordine} aut Christus pro peccatis satisfaciat aut ipsi peccatores poenas dent (Act 4, 12; DB 790). Negavimus vero eamdem disiunctionem ita esse veram ut absoluta Dei potentia tertium membrum, gratuita nempe peccatorum condonatio, dari non possit (cf. art. XXVII), vel ut omnis ratio poenae a morte Christi sit excludenda (cf. art. XXIX). Remanet tamen demonstrandum aliam prorsus rationem poenae in morte Christi inveniri, et aliam in ipsis peccatoribus qui Christo salutis causæ (Heb 5, 9) non obtemperent. Satisfactio enim Christi, etsi poenae nomen habeat, secundum divinam crucis sapientiam atque iustitiam redditur; sed poenae simpliciter quæ peccatoribus ipsis infliguntur secundum sapientiam et iustitiam divini iudicis solvuntur. ~~Quikwaxpxkmpaktinx~~ Quæ cum ita sint, alio et quarto modo eoque vero redit disiunctio, aut satisfactio aut poena, ut in actuali rerum ordine illud valeat, aut iustitia crucis aut iustitia iudicis.

Attamen ut haec disiunctio stabiatur, contra eos (*cf. art. xxviii*) agendum est qui crucis iustitiam praetermittunt et Christum arbitrantur secundum iustitiam iudicis poenas stricte dictas dedisse. Quorum sane error iam radicitus expugnatus est, cum Christum secundum ~~xapientiam~~ divinam crucis sapientiam atque iustitiam esse passum, mortuum, et resurrectum superius demonstraverimus (cap. III). At quamvis, sublata erroris radice, per se eiusdem consectaria etiam tollantur, efficacius tamen procedit qui singula consectaria examinet atque refutet.

non bis
Primum ergo sit argumentum quod iustus iudex de eodem delicto poenas sumit. Si ergo Christus poenas stricte dictas pro omnibus peccatis iam dedisset, nemo aliis ad poenas dandas iam teneretur. Evacuatur ergo infernus. Evacuatur purgatorium. Neve quis dicat mala huius mundi rationem poenae habere.

Dices tamen etsi Christus sufficienter pro omnibus delictis poenas dederit, non ideo omnibus pariter meritum Christi esse applicatum.

Instatur meritum Christi certo iis applicatur, ~~quoniam~~ quorum peccata in sacramento paenitentiae remittuntur. Saltem ergo eorum omnis poena remittitur; quod tamen haereticum est, et contra novatores saec. XVI ~~de~~ anathematizatum (DB 904, 905, 922-925).

Alterum deinde sit argumentum quod poena stricte dicta, peccato mortali contracta, est aeterna poena^{et} damni et sensus. Si ergo Christus poenas pro peccatis debitas dedit, hanc poenam dedit. Quod manifeste falsum est, cum iam pridem exaltatus ad dexteram Patris sedet.

Dices tamen cum Calvinus aliisque eiusdem mentis protestantibus satis fuisse Christum ad breve tempus hanc poenam subiisse.

Respondetur sic derelinqui opinionem quae asserit Christum eam dedisse poenam quae pro peccatis debetur; et etiam sic non pertingit ad veritatem cum sine fundamento serio asseritur Christus poenam infernalem dedisse.

Tertium est argumentum quod contra doctrinam novi testamenti assertur ira Dei Patris contra suum Filium intenta.

Nam Deus qui infert iram non est iniquus (Rom 3, 5) sed reddet unicuique secundum opera eius (Rom 2, 5). Christus autem peccatum non fecit (1 Pet 2, 22) neque noverat (2 Cor 5, 21), absque peccato (Heb 4, 15; 7, 26.27) immaculatus (1 Pet 1, 19); et iustus pro iniustis (1 Pet 3, 18) iniuste iudicatus est (1 Pet 2, 23). Non ergo erat natura filius irae (Eph 2, 3) sed Filius dilectionis (Col 1, 13); neque erat vas irae aptum in interitum (Rom 9, 22) neque positus in iram qui nos ab ira eripuit, adquisivit, salvos fecit (1 Thess 1, 10; 5, 9; Rom 5, 9). Lex quidem iram operatur (Rom 4, 15) sed Filius dedit nobis non legem sed gratiam et veritatem (Io 1, 17) eosque qui sub lege erant redemit (Gal 4, 5). Est praeterea ira Dei super omnem iniquitatem et iniustitiam (Rom 1, 18; cf. Apoc 11, 18; 14, 10; 16, 19); sed eadem ira est in eos qui in Christum non credunt (Io 3, 36; Rom 2, 8; Eph 5, 6; Col 2, 6) vel evangeliū impediunt (1 Thess 2, 16). Est denique ira ventura (Mt 3, 7; Lc 21, 23) quae tamen non solius Dei est sed etiam Agni (Apoc 6, 16.17; cf. 14, 15-20; 19, 15; et in h. l., A. Gelin apud Pirot-Clamer).

Quartum sit argumentum quod ^{qui} in Christo patient^e et morient^e iustitiam crucis nolunt et iustitiam iudicis volunt, iniuriam faciunt Deo Patri, ipsi Christo, exemplo Christi, et pracepto Christi.

Iniuriam faciunt Deo Patri. Pilatus enim, cum Christum condemnaturus esset, 'accepta aqua, lavit manus coram populo dicens: Innocens ego sum a sanguine iusti huius' (Mt 27, 24). At opinio quam impugnamus vult eumdem Christum secundum eamdem iudicis iustitiam ad easem ^d poenas a Deo Patre esse destinatum.

Dives non va ndem va zav hui in zav hui u tham u ad va zav
my at va hui u
Ulterius, secundum hanc opinionem, Christus ^r repudiavit legem talionis et ~~sy~~ ^r Pater praedicavit sapientiam crucis, ^{quamvis} sed Deus Pater hanc sapientiam ignorasse videtur et illam legem esse secutus.

Quae quidem iniuria Deo Patri fit circa ipsum maximum actum suae dilectionis erga nos. Ipse enim prior dilexit nos (1 Io 4, 9) et dives in misericordia propter nimiam caritatem qua dilexit nos cum essemus mortui peccatis (Eph 2, 4.5) erat in Christo mundum reconcilians sibi (2 Cor 5, 19) et commendavit caritatem suam in nobis (Rom 5, 8) et, cum proprium Filium pro nobis traderet, 'quo modo non etiam cum illo omnia nobis donavit?' (Rom 8, 32)

Neque innocua est haec iniuria Deo Patri facta, uti ex doctrina ~~liberal~~ sociniana, liberali, modernistica patet, quae max^t vult nostram redemptionem negare quam hanc opinionem de Deo Patre admittere. Blasphematur enim nomen Dei in gentibus (Rom 2, 24).

Dices tamen Christum in se fuisse innocentem sed,
quatenus cum iniquis reputatus est (Mc 15, 28), iram Dei
subiisse.
Patris contra eum esse intentam.

Respondetur Christum cum iniquis esse reputatum, distinguitur
et turbat,
a Pilato et pontificibus, conceditur, a Deo Patre, negatur.

Deinde illam Dei Patris iram contra Christum intentam
ira
aut veram fuisse aut fictam. Si vera ~~ira~~ erat, tunc facta
erat dilectio erga Filium dilectionis suae. Si facta erat,
cur facta factis admiscentur? Non enim facta erat passio
Christi, neque facta erat mors Christi, neque pro peccatis
fictis passus et mortuus est.

Et confirmatur auctoritate S. Augustini et S. Thomas
Nam secundum S. Augustinum ira Dei non animi perturbatio
est sed iusta vindicta secu

S. Augustinus enim monuit iram Dei non esse perturbationem
quamdam animi, uti in homine irascenti, sed iusta ^m vindictam
secundum Sap 12, 18: 'Tu autem, Dominus virtutum, cum tranquilitate
iudicas' [De Trin 13, 16, 21; PL 42, 1030; Enchir., 33; PL 40 248 s].
Et adeo non admitteret iram Dei Patris contra Filium ut ipsum
Patrem nos etiam inimicos dilexisse docuerit: 'Nec inimici
eramus Deo, nisi quemadmodum iustitiae sunt inimica peccata,
quibus remissis tales inimicitiae finiuntur, et reconciliantur
iusto, quos ipse iustificat. Quod tamen etiam inimicos utique
dilexit: quandoquidem proprio Filio non pepercit, sed pro
nobis omnibus, cum adhuc inimici essemus, tradidit eum'!
[De Trin 13, 16, 21; PL 42, 1030 s].

S. Thomas pariter docuit tum iram tum alias animi
passiones, quatenus commotionem partis sensitivas dicunt,
nisi metaphorice de Deo non dici. Et uti superius vidimus,

Deinde, iniuria fit ipsi Christo. Qui enim 'dilexit ecclesiam et se ipsum tradidit pro ea, ut illam sanctificaret mundans lavacro aquae in verbo vitae, ut exhiberet sibi gloriosam ecclesiam non habentem maculam aut rugam aut aliquid huismodi, sed ut sit sancta et immaculata' (Eph 5, 25-27), secundus Adam et idem ipse cogitatur, non uti erat caput corporis sui quod est ecclesia, ~~etiam~~ sed uti non erat primus Adam, caput omnium peccatorum, et secundum iustitiam iudicis debitas luens poenas.

Tertio, iniuria fit exemplo Christi. Christus enim nobis exemplum dedit ut patienter p toleremus poenas non iuste sed iniuste inflictas (1 Pet 2, 19-24). Sed secundum opinionem quam impugnamus, Christus dedit poenas iuste inflictas secundum iustissimam Dei voluntatem.

Quarto, iniuria fit pracepto Christi. Praecepit enim Christus sapientiam et iustitiam crucis (Mt 5, 38-48; Mc 8, 34; 10, 42-45; Io 15, 12.13). Sed si in ipso Christo crucifixo perspicenda est sapientia et iustitia non crucis sed iudicis, quis se super Magistrum constituet et pracepto crucis obtemperabit?

~~Quintum sic proponitur argumentum: sicut caritas non tantum est actus bonus sed etiam importat relationem et amicalem personalem ad Deum et ad proximum, sicut peccatum non tantum est actus malus sed etiam offensa Dei quae relationem p personalem et amicalem ad Deum destruit, ita etiam poena simpliciter quae secundum iustitiam iudicis infligitur non tantum est boni privatio quaedam sed etiam consequitur inimicitiae statum~~

Quintum denique inde petitur argumentum quod aliud est peccatum vel delictum condemnare et aliud est personam condemnare. Omnes enim proprio utimur iure cum peccata vel delicta condemnemus; at soli iudices legitime constituti personas propter delicta ad poenas simpliciter dictas condemnant.

Praeterea, illud maxime intercedit inter condemnationem peccati et condemnationem personae, quod non illa sed haec statum interpersonalem mutat. Nam ipsa peccati condemnatione potius metaphorica est, cum peccatum eorum iudice non sistatur neque penas det; neque aliud re vera per condemnationem peccati vel delicti significamus quam quod peccatum affirmamus esse malum, vitandum, detestandum statum interpersonalem mutat. Peccati enim condemnatione nihil aliud est quam peccati detestatio. Sed personae condemnatione super detestationem peccati addit praemissam minorem, hanc semper personam esse peccatorem et ideo castigandam statum interpersonalem mutat. Peccati enim condemnatione nihil aliud est quam peccati detestatio. Sed personae condemnatione super detestationem peccati addit praemissam minorem atque explicitam conclusionem ut dicamus hanc personam et peccasse et castigandam esse.

Quare, sicut de peccatis, ita etiam de poenis simpliciter
~~in dictis, pariter ratiocinandum~~
~~in dictis, pariter ratiocinandum~~
dictis, pariter ratiocinandum est. Sicut enim peccatum non tantummodo actus humanus malus est sed etiam Dei offensa, ita etiam poena simpliciter dicta non tantummodo est iusta quaedam boni privatio sed etiam personae dedecus. Quod quidem in rebus humanis omnino clarum est: multi enim duriorem

agunt vitam quam ii qui in carceribus retinentur; et tamen melior est illorum sors, quia condemnationis dedecore non dishonorantur. Imo inter ipsos condemnatos, quamvis alii aliis graviores dent poenas, una tamen est poena in omnibus aequalis eaque gravissima quod iuste condemnati sunt.

Quibus perspectis, in Christo crucifixo summam quamdam peccati condemnationem conspici minime negamus. Imo, hoc ipsum asseremus cum de satisfactione Christi agamus, nempe, tam Deum Patrem quam ipsum Christum per mortem crucis supremam peccati detestationem expressisse, et quidem secundum iudicium et Dei et Christi iustissimum.

Quamvis tamen peccatum in carne Christi damnatum esse (Rom 8. 3) affirmemus, negamus prorsus ipsum Christum secundum ~~ix~~ iustitiam iudicis esse condemnatum ad poenas simpliciter dictas esse condemnatum. Non enim condemnatur ipse Christus, quin secunda persona SS. Trinitatis condemnetur. Neque sine blasphemia ponitur intra ipsam SS. Trinitatem quod alia divina persona aliam condemnavit.

Neque mitior sed potius gravior redditur haec opinio quod divina persona personam divinam condemnasse dicitur ~~maxxim~~ propter peccata non sua sed aliena. Hoc enim, quod additur, ipsam condemnationem secundum iustitiam iudicis non tollit sed divinum iudicem esse iniustum insinuat.

Articulus XXXI.

De analogia sacramentali.

Iam pridem illud venamus, quid sit satisfactio. Et primo distinximus ipsa elementa scripturistica et speculationem anselmianam (art. XXVI). Deinde, disiunctionem examinavimus, aut nempe satisfactio aut poena, utrum tertium dari posset (art. XXVII), utrum ipsa satisfactio sit quodammodo poena (art. XXVIII et XXIX), utrum sit poena secundum iustitiam crucis an secundum iustitiam iudicis (art. XXX).

Unde tria habemus: satisfactionem Christi non absolute necessariam esse; satisfactionem Christi non ita esse opus bonum in honorem Dei factum ut de se ipsam sensibilem et corporalem Christi passionem et mortem non dicat; et satisfactionem Christi non eo sensu esse poenam, ut propter aliena delicta secundum iustitiam iudicis ~~Christo a Deo Patri fuerit~~ ~~inflicta~~, Deus Pater eam a Christo requisiuerit.

Quibus determinatis, reliqua via iam lata et plana facta esse videtur. Docet enim synodus ix Tridentina:

Dominus noster Jesus Christus, qui, cum essemus inimici, propter nimiam caritatem qua dilexit nos, sua sanctissima p passione in ligno crucis nobis iustificationem meruit et pro nobis Deo Patri satisfecit (DB 799)
et alibi addit

dum satisfaciendo patimur pro peccatis, Christo Iesu
qui pro nostris peccatis satisfecit... conformes efficimur (DB 904)
Unde concludimus satisfactionem Christi secundum analogiam
satisfactionis sacramentalis esse intelligendam.

GalSat

DTC13 1943
dAlesp321

3d19c7

1-2⁸⁷⁸ cf7

348²

346^{6m}

360³

362⁵

Quam conclusionem comprobat traditio theologica. Nam antequam S. Anselmus de satisfactione Christi disserere ecclesiasticus inceperit, iam pridem exsistebat eiusdem nominis usus de satisfactione paenitentis. Ipse deinde S. Anselmus, uti inter eruditos constare videtur, non aliunde sed ex ipso usu ecclesiastico suam inspirationem desumpsit. Petrus Lombardus, qui influxum quedam maximum in posteriores theologos exercuit, quamvis opinionis anselmianaë nullam mentionem fecerit, clare tamen nexus posuit inter poenam Christi et poenae vel

in baptizatis relaxationem vel paenitentibus minorationem.

S. Thomas non solum dividit poenas in poenam simpliciter, medicinalem, et satisfactoriam

Summa Alexandrina ita doctrinae anselmianaë inhaeret ut etiam et non solum tamen patiens de passione Christi ut poena quam de morte Christi ut satisfactione loquatur. S. Thomas non solum poenam simpliciter, poenam medicinalem, et poenam satisfactoriam distinxit, sed etiam de ipsa Christi satisfactione articuli posuit consistere tractans, postquam in corpore satisfactionem propriæ in opere quod magis placet, in solutione tamen ad primum transit ad analogiam sacramentalem; et paulo ante dixerat: 'Et ideo

[Christus] non solum attendit quantam virtutem dolor eius haberet ex divinitate unita: sed etiam quantum dolor eius sufficeret secundum naturam humanam ad tantam satisfactionem.'

Eamdem conclusionem comprobat theologia sacramentalis.

Sicut enim in morte Christi baptizamur (Rom 6, 3) mortemque Domini per Eucharistiam annuntiamus donec veniat (1 Cor 11, 26), ita omnia sacraenta mortem Domini significant, eiusdemque virtute agunt. Eatenus enim effectum passionis Christi

3493^{2m}

consequimur quatenus ei configuramur; et ideo non oportet
quod illi qui post baptismum peccant, configurentur Christo
patienti per aliquod poenitentiae vel passionis quam in
seipsis sustineant. Quae tamen multo minor sufficit
quam esset condigna peccato, cooperante satisfactione Christi.
configurationem, et ideo maxima pars
Quibus clare docetur analogia, inter satisfactionem Christi et
paenitentiae satisfactionem.

pro
Eamdem conclusionem tertio combat argumentum quod
praecedentibus articulis elaboravimus. Qui enim notionem
satisfactionis ex analogia iuris quaerunt, aliter satis-
factionem non concipiunt quam secundum iustitiam iudicis;
sed satisfactio Christi non fuit secundum iustitiam iudicis
sed secundum iustitiam crucis; et ideo conceptio satisfactionis
secundum theoriam reparationis
ex iure petita admitti non debet. Qui autem ita premunt
illam satisfactionis definitionem quae opus bonum et magis
Deo placens ponit, ut ipsa sensibilis et corporalis passio
Christi 'un élément de fait,' 'un trait secondaire et superficiel'
reputetur, theoriam elaborare videntur quae parum confert
ad vicariam Christi passionem (art. XX) intelligendam.
Exclusis autem et conceptione iuridica et reparationis
theoria, non manet alia satisfactionis notio et traditionalis
et theologica praeter eam quae ex analogia satisfactionis
sacramentalis petitur.

Quae cum ita sint, etiam perspicuum est non univoce dici
sed analogice Christum et paenitentes satisfacere dicuntur.
Non enim pro suis peccatis sed pro alienis satisfecit Christus,
neque secundum iustitiam iudicis, sed secundum iustitiam
crucis. Paenitens autem pro suis peccatis satisfacit,

quorum remissionem per actum iudicialem absolutionis (DB 919) habet quoad culpam sed non quoad universam poenam (DB 922 ss.); ideoque satisfactio ei imponitur secundum potestatem clavium non 'tantum ad novae vitae custodiam et infirmitatis medicamentum sed etiam ad praeteritorum peccatorum vindictam et castigationem' (DB 905). Sed in Christo numquam fuit vetus et peccaminosa vita ut nova custodizatur, neque aderat infirmitas quae medicamento indiguit, neque aderant praeterita peccata quoad culpam remissa sed non quoad universam poenam ut secundum vindictam castigaretur. Et ideo non habetur satisfactionis univocitas sed analogia.

Articulus XXXII

De dolore Christi.

Quamvis satisfactio ita in actu exteriori consistat
ut alius pro alio satisfacere possit, non tamen sine principio
interiori fit, quod in primis fuit dolor Christi pro peccatis
nostris. De quo dolore haec habet S. Thomas:

'Doloris ~~verbi~~ autem interioris causa fuit, primo quidem,
omnia peccata humani generis, pro quibus satisfaciebat
patiendo: unde ea quasi sibi adscribit, dicens in Psalmo 21, 2:
"Verba delictorum meorum." Secundo specialiter casus Iudeorum
et aliorum in eius mortem delinquentium: et praecipue discipulorum
qui scandalum passi fuerant in Christi passione.'

'Sed secundum rei veritatem, tristitia aliqua laudabilis
est, ut Augustinus probat in XIV De civ. Dei [c. 8.9; MPL 41, 411.413]
quando scilicet procedit ex sancto amore, ut puta cum aliquis
tristatur de peccatis propriis vel alienis. Assumitur etiam
ut utilis ad finem satisfactionis pro peccato: secundum illud
2 Cor 7, 10: "Quae secundum Deum est tristitia paenitentiam
in salutem stabilem operatur." Et ideo Christus, ut satisfaceret
pro peccatis omnium hominum, assumpsit tristitiam maximam
quantitate absoluta, non tamen excedentem regulam rationis.'

'Christus non solum doluit pro amissione vitae corporalis
propriae: sed etiam pro peccatis omnium aliorum. Qui dolor
in Christo excessit omnem dolorem cuiuslibet contriti. Tum
quia ex maiori sapientia et caritate processit, ex quibus dolor
contritionis augetur. Tum etiam quia pro omnium peccatis simul
doluit: secundum illud Is. 53, 4: "Vere dolores nostros ipse
tulit."

Ib^{2m}

Ib 4m

Ib^{6m}

'Christus voluit genus humanum ~~per~~ a peccatis liberare non sola potestate sed etiam iustitiam. Et ideo non solum attendit quantam virtutem dolor eius haberet ex divinitate unita: sed etiam quantum eius dolor sufficeret secundum naturam humanam ad tantam satisfactionem.'

Quem interiore dolorem non solum ex auctoritate S. Thomae statuimus sed etiam ratione theologica probamus.

Non enim alia erat intentio vel volitio ~~pro~~ Filii hominis ac Dei Patris (Mc 14, 36; DB 291). Sed secundum divinam intentionem atque volitionem Christus pro omnibus peccatis generis humani passus et mortuus est (art. XX). Ergo etiam secundum intentionem et volitionem Filii hominis ipse pro omnibus peccatis passus et mortuus est.

Quod si haec ergo ^{al} eius intentio atque volitio, etiam ideo suam passionem et mortem accepit ut sit pro peccatis; quod quidem non faceret, nisi ipsa peccata considerando, detestando, ^{utque} de iis dolendo, ^{et} eas tollere sibi proponendo.

Et certissime Christus peccata detestatus est. Visione enim immediate divinam bonitatem cognovit, et ideo malitiam peccati profundius intellexit quam vel potuisset quilibet aliis viator. Praeterea, sicut summa caritate Patrem dilexit, ita etiam summa detestatione offensam Patris oderat.

Proinde quam maxime pro nostris peccatis doluit. Quo enim perfectior est dilectio Dei, eo perfectior est dilectio proximi (1 Io 3, 10; 4, 20). Sed Christus homo et perfectissime Deum dilexit, et propter assumptam naturam humanam genus humanum sibi proximum habuit. Maximam ergo dilectionem erga homines habuit, uti ipse testatus est, 'maiores hac dilectionem habent

nemo habet, ut animam suam ponat quis pro amicis suis' (Io 15, 13).

Sed haec Christi dilectio erga nos minime impedivit quominus et summopere peccata detestaretur et verissime nos tot tantisque peccatis infectos esse cognosceret.

¶ Mediator ergo positus erat inter (1) Deum Patrem super omnia a se dilectum et (2) nos Deo Patri inimicos sed sibi et natura et dilectione coniunctos.

Iam vero ipsa haec boni dilecti cum malo gravissimo coniunctio exsistit doloris origo, fons, causa. Quam maxime ergo doluit Christus pro nobis de nostris peccatis; et ideo de eo intelliguntur verba: 'Attendite et videte si est dolor ^(Thren 1, 12), sicut dolor meus, et ipse dixit: "Tristis est anima mea usque ad mortem" (Mc 14, 34)'.

sicut dolor meus' (Thren 1, 12), et ipse dixit: 'Tristis est anima mea usque ad mortem' (Mc 14, 34).

Ex hac ergo dilectione, peccati detestatione, et de nostris peccatis dolore, sequebatur firmissimum propositum tollendi peccata mundi. Quo enim magis malum detestamus et magis de malo dolemus, eo firmius nobis proponimus ut malum illud auferamus. Et sicut in Christo maxima fuit dilectio erga Patrem et erga nos, et maxima fuit peccati detestatio, et maximum de nostris peccatis dolor, ita etiam uti ipse eventus probat firmissimum fuit propositum tollendi peccata mundi.

Quae cum ita sint, sicut satisfaction^s paenitentis ex contritione procedit quae 'animi dolor ac detestatio est de peccato cum proposito non peccandi de caetero' (DB 897), ita secundum similitudinem quamdam satisfactio Christi ex detestatione peccati, ex dolore de nostris peccatis, ex proposito denique firmissimo peccata auferendi processit.

Acticulus XXXIII.

De Satisfactione Christi.

Quam superius (art. XXXII) in Christo fuisse conclusimus dilectionem Dei Patris et nostri, peccati detestationem, de nostris peccatis dolorem, peccataque omnia auferendi et prae- cavendi firmissimum propositum, ~~x~~ brevitatis causa uno vocabulo nominari licet actum interiorem.

Qui interior actus tripliciter in Christo exerceri potuit.

Primo modo, per scientiam Dei immediatam vel per se infusam et per voluntatem consequentem; et sic semper exerceri potuit, cum scientia Dei immediata et scientia per se infusa sine cooperatione sensibilitatis exerceantur.

Altero modo, per scientiam acquisitam et sensibilitatem interiorem. Qui quidem modus primum minime excludit sed ei addi potest; attamen semper exerceri non potuit, tum quia sensibilitatem evolutam supponit et scientiam acquisitam, tum quia sensibilitas circa unum obiectum operans ad aliud parum attendere potest.

Tertio modo, ulterius per sensibilitatem exteriorem motusque corporales. Et hic modus priores supponit atque includit, cum actum non hominis sed humanum consideremus; sed quo vehementior fit hic exterior ~~actus~~ actus, eo etiam rarius esse potest; puta, hominem posse suum dolorem verbis saepissime exprimere, lacrymis rarius, gravissimis paenitentiis rarissime, et mortem crucis subeundo semel tantum.

supra

Quibus perspectis, cum interiore doloris actum ~~mem~~ consideraverimus (art. XXXII), iam ~~considerare~~ ^{quaeri} oportet quid tertius modus super primum et secundum addat.

Primo, ergo, actus tertio modo exercitus magis est completus in ratione actus humani. Sicut enim ipsa anima hominis per se et naturaliter est forma corporis organici, ita etiam actus humani intellectus et voluntatis per se et naturaliter informant, dirigunt, regunt non solum interiorem sensibilitatem sed etiam exteriorem et ipsos motus corporales. Quapropter, hominem fere mortuum ~~existimemus~~ aestimaremus qui numquam corpus suum ~~ex~~ ullo modo moveret.

Praeterea, quod interius tantummodo agimus, illud et absconditum et prorsus privatum est; quod autem exterius agimus, iam per se manifestum atque publicum est. Sed homo naturaliter est, non monas quaedam Leibniziana, sed animal politicum seu sociale; et ideo sicut aliis homo ex alio generationem accipit, ita etiam nihil fere notatu dignum facit, quin multipliciter cooperatio humana et presupponatur et usurpetur.

~~An~~ ^Applausus, Praeterea,
~~H~~ixsus ipsi accedentes corporales motus dupliciter effectus ulteriores producunt: primo modo, secundum virtutem naturalem, et sic corpore nostro alia corpora tangimus, movemus, alteramus; alio modo, secundum virtutem intentionalem, et sic tum omnia opera artis producimus tum aliis significamus quid ipsi interius sentimus, ^a intelligamus, velimus.

Praeterea, uti supra habitum est (art. III), maxime dividuntur haec signa in denotativa et expressiva, quorum illa faciunt ut alii percipient et intelligent, haec autem eo usque pertingunt ut alii non solum percipient intelligentque sed etiam

commoveantur et modo correspondente, correspondente agere velint.

Denique, ubi de signis expressivis agitur, inter ipsam expressionem et consequentem communicationem caute distinguendum est. Ipsa enim expressio perficitur in quantum interiori actui accedunt illi motus corporales qui ad interiore exprimendum apti nati sunt. Sed non ante incipit communicatio quam, expressione peracta, ita tangitur cor alterius ut ipse intus percipiat, sentiat, intelligat, velit quod per expressionem intendebatur. Ita ad communicationem pertinet quod ipsi hodie experimur dum Dominum nostrum in cruce fixum contemplamur; sed quod hodie nobis communicatur, ab ipso Domino abhinc fere viginti saecula in suo corpore expressum est.

His igitur praemissis queruntur quattuor: (1) utrum convenerit Dominum nostrum interiorem suum doloris actum tertio et exteriori modo exercere; (2) utrum convenerit eum hunc in finem passionem suam atque mortem acceptare; (3) utrum passio et mors ita accepta fuerit passio sua vicaria; et (4) utrum passio vicaria ita intellecta fuerit satisfactio vicaria.

Ad primam ergo dicimus convenisse Dominum nostrum tertio et exteriori modo interiore suum dolorem exercere.

Nam operatio humana et completa non solum secundum partem intellectivam et interiorem sensibilitatem exercetur sed etiam secundum exteriorem sensibilitatem motusque corporales. Sicut ergo Dei Verbum totam naturam humanam assumpsit, ita etiam conveniebat eum operari non tantum per modum animae separatae vel tantum per sensibilitatem interiorem sed secundum totum

hominem; et hoc eo magis quod sacrae litterae signate corporis assumptionem affirment, e.g., Verbum caro factum est (Io 1,14) et carni et sanguini similiter participavit (Heb 2, 14) et 'corpus autem aptasti mihi' (Heb 10, 5).

Praeterea, actus interior est absconditus et privatus, sed actus tertio modo exercitus est manifestus atque publicus. Sed interior Christi dolor pro nobis peccatoribus erat, et de nostris peccatis, et in bonum nostrum libere a nobis accipiendum; et ideo maxime conveniebat Christum hunc dolorem exercere non tantum primo vel secundo modo sed maxime modo tertio, manifesto, publico. Non enim corpus in caelis collectatum assumpsit Dei Verbum, sed his in terris factum ex muliere (Gal 4, 4) ex semine David (Rom 1, 3) ut in nobis habitaret (Io 1, 14). Quod ergo cum nobis existens Emmanuel pro faceremus, nobis fecit ut nos similiter ~~facturas~~, actu publico et sociali eum ~~faciamus~~ facere conveniebat.

Ad alteram autem quaestionem dicimus convenisse Dominum nostrum suam passionem et mortem acceptare in expressionem interioris sui doloris.

Quo enim ~~magis~~ ad profundiora humani spiritus acceditur, eo minus apta fiunt ~~varia~~ nomina verbaque et caetera usitata et communia signa ad veram adaequatamque interioris mentis expressionem. Quod si in aliis hominibus verificatur, multo magis ibi agnoscendum est, ubi agitur de dilectione Christi hominis erga Patrem suum et erga nos, de eius detestatione peccatorum, de eius dolore pro nostris peccatis, de eius proposito nos ~~redimere~~ redimendi. Quae quidem omnia tanta et talia erant ut, nisi per supremum quod

facere potest homo, vel innui, multo magis minus exprimi, non poterant. Quam ob causam ipse dixit tantam esse suam dilectionem, quanta maior non esset, ut pro amicis animam poneret (Io 15, 13), et tantam esse suam interiorem tristitiam ut usque ad mortem tristis esset (Mc 14, 34).

Praeterea, quod hodie fidelibus communicatur, illud olim a Christo expressum est.

Sed hodie fideles Christum crucifixum contemplantes, commoti atque conversi intelligunt, quantum Christus homo et Patrem et nos dilexerit, quantum peccata detestatus sit, quantum pro nostris peccatis doluerit, quanta firmitate ad nos redimendos egerit.

Et praeter sensum fidelium opinaretur, qui eos tali contemplatione errare diceret, quasi aliud Christus intendisset et aliud fideles intelligerent.

Sed quod vere nunc communicatur, et olim intendebatur, illud olim per passionem et mortem Christus expressit.

Ad tertiam quaestionem dicimus passionem et mortem in expressionem interioris doloris a Christo acceptam vicariae passionis habere rationem.

Nam vicaria Christi passio (art. XX) in eo est quod secundum divinam intentionem pro nobis et pro nostris peccatis passus et mortuus est Christus, ut scilicet pateretur et moreretur non solum ad peccata tollenda sed etiam propter peccata commissa, secundum illud: 'peccata nostra ipse pertulit in corpore suo super lignum' (1 Pet 2, 24).
(cf. art. XX)

Quod quidem ~~si litteraliter sumitur~~ actionem quamdam importat.
ex peccatis nostris in corpus Christi dicitur.

Quae actio non physica sed intentionalis fuit. Nam omnia etiam propter peccata tunc futura passus et mortuus est Christus.
Et peccata tunc futura nisi intentionaliter agere non poterant.

Quae actio intentionalis fuit mediante intellectu et voluntate non Dei Patris sed Christi hominis. Nam Deus Pater non potest esse instrumentum quoddam intermedium quod motum movet sed motor immobilis existit exsistit. Neque alias praeter Deum nisi Christus homo omnia actualia peccata cognovit ut per eum in Christum agerent peccata.

Relinquitur ergo ut omnia peccata eatenus passionem et mortem Christi causaverint, quatenus ipse Christus passionem et mortem acceptavit in expressionem interioris sui doloris. Quod quidem nihil est aliud quam ^{haec quid} passionem mortemque Christi rationem vicariae passionis habent quatenus in expressionem interioris doloris acceptae sunt.

Ad quartam quaestionem dicimus vicariam Christi passionem, in expressionem interioris doloris acceptam, ~~rationem~~ ~~habere~~ vicariae satisfactionis, ~~rationem habere~~.

Nam dolor ille interior erat vicarius, nempe, ex dilectione nostri et de nostris peccatis quia Deum Patrem Christo dilectissimum offendebant.

Et passio morsque, in expressionem huius doloris vicarii acceptae, manifeste habent rationem satisfactionis, si quidem satisfactio est opus poenale susceptum ex detestatione peccati, ex dolore de peccatis, ex proposito auferendi peccata eaque praecavendi.

Praeterea, haec satisfactio vicaria erat, tum ratione
motivi quia propter peccata aliena suscepta est, tum ratione
agentis quia quod in capite actum est pro toto corpore fit
(cf. art. XLI), tum ratione effectus quia satisfactio Christi
in baptizatis tollit omnem reatum culpae et poenae, et in
paenitentibus purgat peccatorum reliquias.

CGIII¹⁵⁸

Quod-sie-a-Sv.-Thema-expli&car-i-videtur-

Articulus XXXIV.

De satisfactione superabundante.

Superabundasse Christi satisfactionem, sicut docent
theologi, ita etiam Clemens VI, cum doctrinam de indulgentiis
fundaret, hisce verbis vivide expressit: 'sanguine... quem in
ara crucis innocens immolatus non guttam sanguinis modicam,
quæ tamen propter unionem ad Verbum pro redemptione totius
humani generis suffecisset, sed copiose velut quoddam profluviū
noscitur effudisse' (DB 550).

Quam doctrinam facile ad scripturam reducitur. Nam
satisfactio Christi non ex parte delicti sed ex parte gratiae
se habuit, et 'ubi autem abundavit delictum, superabundavit
gratia' (Rom 5, 20); quare sicut aliae gratiae ita etiam
satisfactio Christi superabundavit.

Quemadmodum autem haec satisfactio superabundaverit,
sequentibus fere declaratur.

Primo, enim, subiectum satisfaciens, tam psychologicum
quam ontologicum, erat Dei Verbum (DB 124), unus de sancta
Trinitate (DB 222), Dominus gloriae (1 Cor 2, 8).

Deinde, actus interior, unde processit haec satisfactio
et cuius pars fuit formalis, talis erat qualis personae divinae
convenit quae in natura assumpta operatur. Iam vero divinae
personae ea debebantur, quae proportionem excedant cuiuslibet
subiecti creati et ipsius assumptae naturae, nempe, visio
Dei immediata et perfecta Filii erga Patrem dilectio.

Qua ex visione, quoque ex dilectione proportionate ~~processerunt~~
processerunt et peccati detestatio, et de peccatis nostris dolor,
et nos red*em*andi propositum firmum. Quibus in omnibus, ipsam

absolutae supernaturalitatis rationem in prima sua radice
perspicis, in persona videlicet divina quae in natura assumpta ^{operator}
secundum ea quae personae debentur. ^{operator}

Tertio, actus exterior interiori actui eas corporales
alterationes addidit, quae ad actum interiore comparantur
sicut proprium corpus ad propriam animam. Sicut enim

~~In sensibilibus perspicitur intelligibile, et sicut a materia
disposita exigitur forma, ita Christus homo interiore
suum actum per passionem mortemque expressit, et similiter
fideles hanc passionem mortemque contemplantes, commoti
atque conversi,
disposita exigitur forma~~

~~in~~ sensibilibus perspicitur intelligibile, ita etiam
actus inferior exteriorem informat; et sicut Christus homo
interiore suum actum in passione morteque expressit, ita
~~fideles~~ fideles in hac passione hacque morte contemplantur
divinae personae humiliationem, obedientiam, dilectionem,
peccati detestationem, pro peccatis dolorem, liberum
firmissimumque propositum, et supremam patientiam.

Quarto, quod ex ~~xx~~ persona divina tamquam subiecto
processit, quod secundum convenientiam divinae personae
interius in Christo homine actum est, quod proportionate
in actu exteriori expressum est, hoc totum positive atque
directe in ~~xx~~ obsequium atque honorem ~~divinas personas~~
oblatum est. In obsequium quidem cum egerit Christus
tam ex obedientia quam ex caritate; praeceptum enim quod
a ~~xx~~ Patre habuit erat opus caritatis pro nobis exercendum;
quod praeceptum ex dilectione Patris obediens implevit.

In honorem autem, tum quia omne opus bonum in Deo factum
in honorem Dei cedit, tum praecipue quia satisfactio Christi
~~peccatis~~^{quam} ~~opponebatur~~ quam maxime peccatis opponebantur
quae unice contra honorem Dei faciunt.

Quinto, longe ergo excessit excellentia satisfactionis Christi super nequitiam omnium peccatorum. Quamvis enim peccatum infinitatem quamdam habeat ratione Dei quem offendit, tamen non est nisi actus merae creaturae, neque creatae naturae proportionem excedit, neque ontologice aliud est quam debitae entitatis privatio, neque directe et propter se eligi potest. Satisfactio autem Christi infinitatem habuit tum ratione personae Patris cui oblata est, tum ratione personae Filii a quo oblata est; ~~et~~ ^{et} ~~maximam~~ quibus accedit quod interior Christi actus et positiva realitas fuit, et directe et propter se electa, et secundum proportionem personae divinae in natura assumpta operantis; quae quidem proportio iterum observatur in ipso actu exteriori secundum quod forma ad materiam propriam atque dispositam proportionata dicitur.

Sexto, quamvis satisfactio Christi super delicta er superabundavit, non tamen ^{ultra} intentionem divinam, neque ^{ultra} obedientiam a Christo homine Patri debitam, neque ^{ultra} modum operandi divinae personae competentem superabundasse dicenda est.

Non ultra divinam intentionem: non quodcumque fit secundum totam suam realitatem procedit tamquam a prima causa ex scientia Dei infallibili et ex voluntate Dei efficaci et ex actione Dei irresistibili.

Praeterea, non magis quam Deus Pater, Christus homo peccata detestatus est; neque ultra miseriam nostri status de nostro statu doluit; sed secundum veritatem immediatae visionis Dei et secundum perfectionem dilectionis quam habuit erga Patrem et erga nos, iuste de peccato iudicavit, et iustum hoc iudicium proportionate expressit.

Neque ultra debitam obedientiam egit Christus. Qui enim humiliavit semet ipsum formam servi accipiens, non sibi arripuit ut novum et melius consilium de ordine universi vel de salute hominum excogitaret, quam ab aeterno concepisset divina sapientia et elegisset divina bonitas.

Neque egit Christus ultra modum divinae personae competentem. Nam divina persona realiter identificatur cum ipsa infinita bonitate Dei; et sicut Christus qua Deus ultra hanc bonitatem agere non potest, ita Christus qua homo ultra hanc bonitatem supernaturaliter participatam agere non potuit.

Septimo, quamvis Christus superabundanter pro omnibus totius mundi peccatis satisficerit, minime sequitur nos non debere pro nostris peccatis satisfacere. Nam satisfactio Christi et satisfactio nostra non univoce sed analogice dicuntur; et ideo peracta satisfactione in Capite, remanet peragenda satisfactio in membris. Quod quidem quemadmodum intelligendum sit, postea declarabitur cum de effectibus redemptionis agatur.